

Forfatter: Kierkegaard, Søren

Titel: Udrag fra Journalen CC

Citation: Kierkegaard, Søren: "Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 17", i Kierkegaard, Søren: *Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 17*, udg. af Niels Jørgen Cappelørn; Joakim Garff; Jette Knudsen; Johnny Kondrup; Alastair McKinnon, Søren Kierkegaard Forskningscenteret 2000 . Onlineudgave fra Søren Kierkegaards Skrifter: <https://tekster.kb.dk/text/sks-cc-txt-shoot-idf8e35322-0c6e-46e7-a788-eea2aef00709.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 17

Ophavsret: Materialet er dedikeret til public domain. [Læs CC0-erklæringen](#)

Atque cum venissent, conscenderunt conclave, ubi commorati sunt: Petrus atque Jacobus, Johannes atque Andreas, Phillipus atque Thomas, Bartholomeus atque Matheus, Jacobus Alphæi atque Simon selota, atque Judas Jacobi filius. Illi omnes erant assidui una<sup>c</sup> precibus (atque cum mulieribus atque Maria, matre Jesu, atque cum fratri[bu]s ejus. Atque hisce diebus resurrexit Petrus inter medios discipulos (erat autem numerus nominum una ad centum et viginti) hisce verbis: Viri fratres oportet impleri scriptum illud, quod prædixit spiritus sanctus per os Davidis de Jouda, qui factus est dux illorum, qui comprehenderunt Jesum, quod erat numero nostro adscriptus atque accepit munus hujus ministerii. (Ille igitur comparavit agrum pro mercede injustitiæ et præceps factus medius disruptus est,<sup>[d]</sup> atque diffusa sunt omnia viscera ejus, atque cognitum est ab omnibus illis, qui inhabitant Hierosolymam ita ut vocarent locum illo proprio dialecto Αχελδαμα h: e: locus sanguinis) scriptum enim est in libro psalmorum: factum est domicilium ejus desertum, ne sit, qui habitet in illo« atque »munus ejus accipiat alter.« Oportet igitur eorum, qui nobiscum convenerunt per omne id tempus, quo introiit atque exiit apud nos dominus Jesus, incipiens a baptismo Johannis usque ad diem, quo susceptus est a nobis, eorum unum ma[r]tyrem fieri resurrectionis ejus nobiscum. Atque sisterunt duo Josephum, cognomine Barsaba, cui nomen inditum est »Justus« atque Mathiam. Atque orantes dixerunt, Tu, domine qui omnium corda cognoscis, ostende, utrum elegam, qui accipiat munus hujus ministerii atque apostolatus, ex quo decessit Joudas, ut abiret in locum suum. Atque sortem misserunt, atque incidit sors in Mathiam, atque suffragiis adscriptus est numero duodecim apostolorum. -

c uno animo, unanimi consensu.

[d] λασκαζωσ.λαςκω (aut: λαςκω) propr: crepo, disrumpor cum crepitu. -